

praesumptionem vel ad desperationem adducit. Nostra vero speramus a piis menti-
 bus facile intelligi, et speramus afferre perterrefactis conscientiis piam et salubrem
 consolationem. Nam quod adversarii cavillantur multos impios ac diabolos etiam
 credere, saepe iam diximus nos de fide in Christum, hoc est, de fide remissionis pecca-
 30 torum, de fide, quae vere et ex corde assentitur promissioni gratiae, loqui. Haec non
 fit sine magno agone in cordibus humanis. Et homines sani facile iudicare possunt,
 illam fidem, quae credit nos a Dei respici, nobis ignosci, nos exaudiri, rem esse supra
 naturam; nam humanus animus per sese nihil tale de Deo statuit. Itaque neque in
 impiis neque in diabolis haec fides est, de qua loquimur.
 35 Praeterea si quis sophista cavillatur iustitiam in voluntate esse, quare non possit
 tribui fidei, quae in intellectu est, facilis est responsio, quia isti in scholis etiam fa-
 tentur voluntatem imperare intellectui, ut assentiatur verbo Dei². Ac nos clarius
 dicimus: Sicut terrores peccati et mortis non sunt tantum cogitationes intellectus,
 sed etiam horribiles motus voluntatis fugientis iudicium Dei, ita fides est non tantum
 40 notitia in intellectu, sed etiam fiducia in voluntate, hoc est, est velle et accipere hoc,
 quod in promissione offertur, videlicet reconciliationem et remissionem peccatorum.
 Sic utitur nomine fidei scriptura, ut testatur haec sententia Pauli: Iustificati ex fide Röm. 5,1.
 pacem habemus erga Deum. Iustificare vero hoc loco forensi consuetudine significat
 reum absolvere et pronuntiare iustum, sed propter alienam iustitiam, videlicet Christi,
 45 quae aliena iustitia communicatur nobis per fidem³. Itaque cum hoc loco iustitia
 nostra sit imputatio alienae iustitiae, aliter hic de iustitia loquendum est, quam cum
 in philosophia aut in foro quaerimus iustitiam proprii operis, quae certe est in vo-
 luntate. Ideo Paulus inquit 1. Cor. 1.: Ex ipso vos estis in Christo Iesu, qui factus est
 nobis sapientia a Deo, iustitia et sanctificatio et redemptio. Et 2. Cor. 5.: Eum, qui
 50 non novit peccatum, pro nobis fecit peccatum, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. 307 (186)
 Sed quia iustitia Christi donatur nobis per fidem, ideo fides est iustitia in nobis
 imputative, id est, est id, quo efficimur accepti Deo propter imputationem et ordi-
 nationem Dei, sicut Paulus ait: Fides imputatur ad iustitiam. Etsi propter morosos
 quosdam *τεχνολογικῶς*⁴ loquendum est: Fides recte est iustitia, quia est oboedientia 308 (187)

1) Beweis. 2) Movetur enim intellectus ad assentiendum iis, quae sunt fidei, ex
 imperio voluntatis, nullus enim credit nisi volens. Thomas STh. II, 1. q. 56 a. 3. c.
 3) Zum Verständnis der Stelle vgl. Ritschl ZThK 1910, S. 324 ff. 4) Nach den Kunst-
 regeln.

- erga evangelium. Constat enim oboedientiam erga edictum superioris vere esse speciem distributivae iustitiae. Et haec oboedientia erga evangelium imputatur pro iustitia adeo, ut tantum propter hanc, quia hac apprehendimus propitiatorem Christum, placeant bona opera seu oboedientia erga legem. Neque enim legi satisfacimus, Rö. 8, 1. sed id propter Christum condonatur nobis, ut Paulus ait: Nulla nunc damnatio est 5
309 his, qui in Christo Iesu etc. Haec fides reddit Deo honorem, reddit Deo, quod suum
(188) est, per hoc, quod obedit accipiens promissiones. Sicut et Paulus inquit Rom. 4.: De
Röm. 4, 20 promissione Dei non dubitavit per diffidentiam, sed firmus fuit fide dans gloriam
310 Deo. Ita cultus et *λατρεία* evangelii est accipere bona a Deo; econtra cultus legis est
(189) bona nostra Deo offerre et exhibere. Nihil autem possumus Deo offerre, nisi antea 10
reconciliati et renati. Plurimum autem consolationis affert hic locus, quod cultus in
evangelio praecipuus est a Deo velle accipere remissionem peccatorum, gratiam et
Joh. 6, 40. iustitiam. De hoc cultu ait Christus Ioh. 6.: Haec est voluntas patris mei, qui misit
me, ut omnis, qui videt filium et credit in eum, habeat vitam aeternam. Et pater in-
Matth. 17, 5. quit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, hunc audite. Adver- 15
311 sarii de oboedientia erga legem dicunt, non dicunt de oboedientia erga evangelium,
(190) cum tamen legi non possimus obedire, nisi renati per evangelium, cum non pos-
312 simus diligere Deum, nisi accepta remissione peccatorum. Donec enim sentimus eum
(191) nobis irasci, natura humana fugit iram et iudicium eius. Si quis hoc etiam cavillettur:
Si fides est, quae vult illa, quae in promissione offeruntur, videntur confundi habitus, 20
fides et spes, quia spes est, quae exspectat res promissas: ad hoc respondemus hos
affectus non ita divelli posse re ipsa, ut in scholis distrahunt otiosis cogitationibus.
Hebr. 11, 1. Nam et ad Ebraeos definitur fides esse expectatio rerum sperandarum. Si quis tamen
volet discerni, dicimus spei objectum proprie esse eventum futurum, fidem autem
de rebus futuris et praesentibus esse et accipere in praesentia remissionem peccato- 25
rum exhibitam in promissione.
313 Ex his speramus satis intelligi posse, et quid sit fides, et quod cogamur sentire,
(192) quod fide iustificemur, reconciliemur et regeneremur, siquidem iustitiam evangelii,
non iustitiam legis docere volumus. Nam qui docent, quod dilectione iustificemur,
314 legis iustitiam docent, nec uti docent Christo mediatore in iustificatione. Et haec 30
(193) manifesta sunt, quod non dilectione, sed fide vincamus terrores peccati et mortis,
quod non possimus nostram dilectionem et impletionem legis opponere irae Dei,
Röm. 5, 2. quia Paulus dicit: Per Christum habemus accessum ad Deum per fidem. Hanc sen-
tentiam toties inculcamus propter perspicuitatem. Totius enim causae nostrae statum
clarissime ostendit, et diligenter inspecta abunde de tota re docere et consolari 35
bonas mentes potest. Ideo prodest eam in promptu et in conspectu habere, non
solum ut opponere possimus adversariorum doctrinae, qui docent non fide, sed
dilectione et meritis sine mediatore Christo ad Deum accedere, sed etiam ut per eam
315 erigamus nos in pavoribus et fidem exerceamus. Manifestum est et hoc, quod sine
(194) auxilio Christo non possimus legem facere, sicut ipse inquit: Sine me nihil potestis 40
Joh. 15, 5. facere. Ideo priusquam legem facimus, oportet corda fide renasci.

Was nu auf ander dergleichen mehr Sprüch zu antworten sei, ist leichtlich abzunehmen aus diesem, so wir verklärt haben. Denn die Regel leget aus alle Sprüch von guten Wer-
ken, daß sie außer Christo für Gott nichts gelten, sondern das Herz muß zuvor Christum
haben und gläuben, daß es Gott gefalle um Christus willen, nicht von wegen eigener 45
Werf. Die Widersacher führen auch etliche Schulargument, darauf leichtlich zu antworten
ist, wenn man weiß, was Glauben ist. Erfahrene Christen reden viel anders vom Glauben,
denn die Sophisten, wie wir droben angezeigt, daß gläuben heißt vertrauen auf Gottes
Barmherzigkeit, daß er gnädig sein wolle um Christus willen ohn unsern Verdienst, und
das heißt gläuben den Artikel, Vergebung der Sunde. Dieser Glaub ist nicht allein die 50
W 134 Histo'ria wissen, die auch Teufel wissen. Darum ist das Schulargument leichtlich auf-
zulösen, daß sie sprechen, die Teufel gläuben auch, darum mache der Glaube nicht gerecht.
Ja die Teufel wissen die Historia, gläuben aber nicht Vergebung der Sunde. Item daß
sie sprechen, gerecht sein heißt Gehorsam, nu ist ja Werf tun ein Gehorsam, darum
müssen die Werf gerecht machen. Darauf soll man also antworten: Gerecht sein heißt 55
solcher Gehorsam, den Gott dafür annimmt. Nu will Gott unsern Gehorsam in Werken
nicht annehmen für Gerechtigkeit; denn es ist nicht ein herzlicher Gehorsam, dieweil nie-
mand das Gesetz recht haltet. Darum hat er ein andern Gehorsam geordnet, den er will für
Gerechtigkeit annehmen, nämlich daß wir unsern Ungehorsam erkennen und vertrauen,

IV. Von d. Rechtf. (Antwort auf die Argumente der Widersacher.)

221

wir gefallen Gott um Christus willen, nicht von wegen unsers Gehorsams. Derhalben heißt nu hie gerecht sein, Gott angenehm sein, nicht von wegen eigens Gehorsams, M 141
sondern aus Barmherzigkeit um Christus willen. Item, Sunde ist Gott hassen, darum muß Gerechtigkeit sein, Gott lieben. Wahr ist's, Gott lieben ist Gerechtigkeit des Gesetz.
5 Aber dieses Gesetz erfüllet niemand. Darum lehret das Evangelium eine neue Gerechtig-
keit, daß wir um Christus willen Gott gefallen, ob wir schon das Gesetz nicht erfüllen,
und sollen doch anheben, das Gesetz zu tun. Item, was ist Unterschied zwischen Glau-
ben und Hoffen? Antwort: Hoffnung wartet künftiger Güter und Rettung aus der
Trübsal, Glauben empfähet gegenwärtige Versöhnung und schleußt im Herzen, daß Gott
10 die Sunde vergeben hab, und daß er jezund mir gnädig sei. Und dieses ist ein hoher
Gottesdienst, der Gott damit dienet, daß er ihm die Ehre tut und die Barmherzigkeit
und Verheißung so gewiß hält, daß er ohn Verdienst kann allerlei Güter von ihm emp-
fahen und warten. Und in diesem Gottesdienst soll das Herz geübet werden und zunehmen;
davon wissen die tollen Sophisten nichts.